

ex altera super procuracione in die palmarum et rebus aliis vertitur, legitime citavissent et tandem secundo et tertio expectata contumax sit inventa, ipsi iudices pro contumacia in ipsam auctoritate nostra excommunicationis sententiam protulerunt. Unde a nobis cum instantia postulavit, ut eandem sententiam sicut rationabiliter est prolata usque ad satisfactionem idoneam observari nostris litteris mandarem. Quia vero nobis non constitit de praemissis, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus si res ita se habet, quemadmodum procurator abbatissae narravit, sententiam latam in ipsam decernatis penitus nullam esse, reducentes in statum pristinum, si quid attemptatum est contra ipsam. Alioquin eadem sententia iuxta formam ecclesiae relaxata, causam convocatis partibus audiatis, et eam, si de partium voluntate processerit, sublato appellationis obstaculo fine canonico terminetis, vel ipsam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, praefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui repraesentent sententiam dante domino recepturae. Quodsi non omnes his exequendis potueritis interesse, tu frater episcopo cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Datum Laterani VIII. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Roff.

Nach dem Orig. im Prov.-Archiv zu Magdeburg; das Bleisiegel fehlt. Fehlerhaft Leuckfeld antiquitt. Quedlinb. p. 227 und Innocentii opp. ed. Migne. IV. p. 195. Richtiger Erath cod. dipl. Quedlinb. p. 129.

No. 79. Um 1211.

Erzbischof Albert I. von Magdeburg befiehlt den Eingesessenen der Lausitz der Stiftskirche den ihr zustehenden Zehnten unweigerlich zu gewähren.

A. dei gratia sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus universis Christi fidelibus in terra Lusiz constitutis salutem in domino. Ad nostram credimus notitiam pervenisse, qualiter bonae memoriae illustris vir C. marchio de Landesberch, eo quod terrae vestrae decimas detineret, a venerabili fratre nostro T. piae recordationis Misnensi episcopo excommunicationis vinculo meruit innodari, qui demum absolutionis beneficium obtinens per dominum Bauenbergensem episcopum, et per alios viros honestos ac fideles securam praebuit cautionem, quod super eisdem decimis Misnensi ecclesiae satisfactionem omnimodam exhiberet. Cum igitur iam diu nobis constiterit ipsas decimas ad Misnensem ecclesiam pertinere, universitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus eas venerabili fratri nostro B. episcopo vestro exhibere et solvere nullatenus omittatis, quod utique pium censemus et aequum, cum Misnensis ecclesia iam longo tempore contra iustitiam suis decimis sit fraudata.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem nur in wenigen Fragmenten noch vorhandenen Siegel des Erzbischofs an einem Pergamentstreifen. — Nachdem Markgraf Conrad 1210 gestorben, hat B. Dietrichs (gest. 1208) Nachfolger Bruno höchst wahrscheinlich alsbald diese Weisung des Erzbischofs ausgeübt.